

Supplicarunt quoque nobis iudici dominus abbas conuentus et volricus¹ prescripti, ac Ruodolffus² de Roschach pro se et pro sua vxore vrsula prescripta, prescriptum arbitrium laudum et ar-/bitramentum, coram nobis collaudantes, Ac etiam ipsi arbitri arbitratores et amicabile compositores prememorati, sepetactum laudum arbitrium et amicabilem com(posit)icionem²⁶, ex beneplacito dictarum parcium et per iuris formam / per ipsos latum et diffinitum, ac sententialiter pronunciatum, per nos. sicuti predictarum parcium iudicem ordinarium confirmari roborari, et auctoricionem²⁷ iudicalem desuper im(pertiri.)²⁸ Nos igitur iudex prescriptus precibus parcium earundem / annuentes, facta per nos primitus recepcione et translacione inter di(ctas)²⁸ partes distinctim, certorum bonorum, manualiter et alternatis vicibus, ad dictas partes transferendo, quemadmodum preferitur, omnia premissa et singula premissorum / auctoritate iudiciali meliori modo quo possumus approbamus et confirmamus, auctoritatem nostram dicto arbitrio inpercientes, in quorum euidentiam et roborem auctoritatem, sigillum iudicij ecclesie Curiensis presentibus est appensum, Set / quoniam arbitria iure cauente ad instar iudiciorum sunt redacta, idcirco nos Ruodolffus² de Trostberg decanus, Volricus¹ Haiden scolasticus, Johannes anhusz canonici, ecclesie curiense predicte, Johannes Tumb ar-/miger arbitri arbitratores et amicabile compositores, in causa, et inter partes prescriptas, quorum omnia premissa quemadmodum premittuntur, sic fatemur esse gesta, et per nos arbitrata facta et legitime consumata, Ac eo modo ut preferitur / per nos diffinita et pronuntiata, eapropter sigilla nostra propria, in robur efficax et testimonium premissorum presentibus apponimus subimpensa, Nos quoque Burkardus abbas, et conuentus Monasterii fabariensis predicti, et volricus¹ de / Richenstain oblatum ibidem, Ast ego Ruodolffus² de Roschach prememoratus, pro me et nomine dicte vrsule vxoris mee legitime, quia omnia premissa et singula premissorum. veluti premittuntur fatemur esse vera eaque sic / gesta fore et consumata rite, ex nostroque beneplacito, expresso et de consensu processisse, premissaque omnia et singula premissorum de nobis expressata collaudantes et approbantes, nosque ad obseruacionem perpetuam, eorundem / obligantes et auctoritate presencium asstringentes ideo²⁹ sigilla nostra, singuli, singula presentibus coapponimus subimpensa